

2
B. C. D.

THESES
PHILOSOPHICÆ,

Qvas,

*Suffragante Ampliſſ. Facult. Philoſ. in Regia
Acad. Aboëniſi,*

PRÆSIDE,

CAROLO
MESTERTON,

Log. & Metaph. Prof. Reg. & Ordin.

Publico bonorum examini

PRO GRADU MAGISTERII

modeste offert

JACOBUS SIEWONIUS

Die XXXI. Maji, Anni MDCCXLVIII.

Loco horisqve conſuetis

ABOÆ,

Excud. JOH. KÆMPE, Reg. Acad. Typogr.

B. C. D.

PHILOSOPHICAL

RESIDE

CAROLINA
MARTIN


For further information

PRO GRADU MARTIN

JACOBUS SIMONIUS

DE KENNEDY AND MCKELVIN

ABD
Excelsior Kennel and Type



THES. I.

Veritas in universum spectata, vel necessaria est, vel contingens. Necessaria est, vel absolute talis, cujus oppositum est absolute impossibile, vel secundum *quid* necessaria, quæ etiam dicitur hypothetica, quia sub conditione est necessaria tantum. Hujus generis veritates ad contingentes referri possunt. Necessariæ dicuntur etiam æternæ, quia in natura atque essentia Dei sunt fundatæ, ideoque quemadmodum Deus immutabilis est, ita hæ quoque dicuntur & sunt immutabiles. Contingentes vero

⁴
liberum Dei arbitrium pro fundamen-
to habent, adeo, ut potuerint esse & non
esse & longe aliter sese habere, ideoque
illæ quoque dicuntur arbitrariæ, utraqve
sunt vel Theoreticæ vel practicæ.

THES. II.

CAnonem illum, *quicquid evidenter per-*
cipi potest, verum est, invertere non li-
cet. Multa enim dantur humanum,
quæ superant captum, tam in rebus sa-
cris, fidem spectantibus, quam in na-
turalibus.

THES. III.

Pluralitatem mundorum optimo-
rum affirmantes, in principia ra-
tionis sufficientis, & indiscernibilium
impingunt.

THES. IV.

Spatium vacuum qui defendunt, ex-
tensi duo genera, alterum solidum,

alterum vacuum esse dicunt. Ejusmo-
di vero spatium vacuum esse ens ratio-
nis tantum ratiocinantis, facile patet,
cum præter duo substantiarum, spiri-
tuum nimirum & corporum non den-
tur genera, & inter materiale & im-
materiale, qui termini contradictorii
sunt, medium fingere non licet.

THES. V.

UNiversitatem providentiæ Divinæ,
qui negat, simul omne patientiæ
fundamentum tollit.

THES. VI.

PER omnia fere tempora quæstiones
de mali origine ejusque permis-
sione homines torsere, adeo, ut ma-
nichæi duo æterna principia, alterum
omnis boni, alterum omnis mali atque
infelicitatis auctorem statuere non eru-
buerint.

THES. VII.

THES. VII.

ETiamsi in libero sapientis Creatoris arbitrio positum fuerit, inter innumerabiles perfectionum gradus, certum aliquem perfectionis gradum hominibus tribuere: absolute tamen, & ex omni parte perfectos homines condere, contradictionem apertam in Deo implicavit.

THES. VIII.

Semi Athei nomen, jure suo, superstitiosus meretur, imperii enim, potentiaque partem soli Deo competentem, rebus caducis vindicat. Vnde potentia bonitati que, Dei non confidentes, in hanc notam incurrunt, e. g. qui influxui astrorum, tribuunt fata, ex illorum situ motuque existimantes posse colligere futura. Ita etiam spectra nimis magisque timentes,
Deo

Deo ter optimo, non modo diffi-
dunt sed etiam rationem suæ salutis
in Deo non contineri credunt, au-
tumant.

THES. IX.

Per essentiam suam Deus immorta-
lis est, non eo vero modo im-
mortalitas de anima prædicetur, sed
physica mors ejus tantum est impos-
sibilis, hoc est nullis naturæ viribus
destrui potest, nec eodem modo, quo
corpora. Corpora dissipatione enim
particularum destruuntur. At cum
nullas habeat partes anima, dissipari
nequit vel destrui.

THES. X.

Anima in corpore humano non
versatur.

THES. XI.

Amor passivus nihil aliud est, quam
in-

8
inclinatio ad bonum & quidem relati-
vum, quod nobis bonum est, & hic
amor a nobis inseparabilis, quippe es-
sentialis. Amor activus consistit in
firmo animi proposito, & conatu a-
mandi Deum, citra respectum nostræ
felicitatis. Quamvis inclinet ad Deum
amandum, propter meam felicitatem,
conari tamen possum & debeo, eum
propter bonitatem suam amare.

THESES. XII.

A Morem inter Dei, nostri & alio-
rum hominum ordo, vel si mu-
tetur, vel limites transiliantur, qui po-
ni, debent, in gravissima prolabimur
peccata.

T A N T U M.

